partibus [illegible] festo Circumcisionis Christi Domini proxime praeterito inscripta ac in bo
nis ipsius haereditariis assecuraverat, ut ea coram [illegible] praedicta Castro Pre
misliensi latius testatur, Ratione cuiusquidem receptionis a praedicto Ca
pitaneo summae eiusdem, ipsum Generosum Joannem Thoma Drohoiowski Ca
pitaneum suprascriptum et successores eius de summa eadem Sexcentorum Decem
[illegible] flor. pecuniae quietat, liberumque et immunem facit perpetuis tempo
ribus. Inscriptionem vero praedictam Castrensem Premisliensem cum omnibus eius condi
tionibus, punctis, clausulis et articulis, in eadem expressis, cassat, mortificat et
in nihilum redegit, ac ab ipsa recedit, sibi et suis posteris ratione prae
missorum omnem agendi perpetuum imponendo silentium. Per suam personalem re
cognitionem mediantem, Quod memoriali firmatum est.

Choithko quietat Nowosieliecski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus Nobilis Vi
tus Choythko, a tribus districtibus in tribus bonis suis quibusvis propriis re
cedendo, huic vero iurisdictioni castrensi Premisliensi se cum successoribus bonisque suis
omnibus in toto quo ad actum et effectum praesentis inscriptionis attinet incorporando et
subiiciendo, sanus mente et corpore existens, publice recognovit, quia a
Nobili Petro Nowosieliecski ad rationem summae Centum quinquaginta flor.
pecuniae recepit et manualiter levavit summam quinquaginta flor. pecuniae
monetae et numeri Poloniae, quam summam sibi Petrus Nowosieliecski eius
coram iudicio et actis praesentibus Premisliensibus inscripsit ac in bonis certis
assecuravit, Ratione cuiusquidem receptionis summae quinquaginta flor. pecuniae
praedictum Petrum Nowosieliecski et successores eius de summa ad supra scripta
[illegible] acceptae praefatae Centum quinquaginta flor. pecuniae recepta
et levata quietat, liberumque facit perpetuis temporibus. Super
residuitate vero eiusdem summae Centum quinquaginta flor. pecuniae inscriptionem
et eius contentum sibi et suis successoribus salvam et illaesam reservando
per suam personalem recognitionem mediante.

Actum in Castro Premisliensi feria Tertia ante festum sanctae Agnetis virginis proxima Anno Domini Mille simo quingentesimo septuagesimo nono Coram Generoso Joanne Thoma Drohoiowski a Drohoiow Capitaneo Premisliensi, Ac Dobrogosthio Za polski notario

Korzenski quietat Rostwienski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus Nobilis
Andreas Korzenski, a iure et foro suis propriis quibusvis recedendo,
huic vero castrensi Premisliensi iurisdictioni se cum successoribus bonisque suis omnibus
in toto quo ad actum et effectum inscriptionis attinet incorporando, sanus men
te et corpore existens, publice per expressum recognovit, quia
a Nobili Joanne Rostwienski recepit et manualiter levavit summam
Centum florenorum pecuniae monetae et numeri Poloniae, quam sibi praedictus Joan
nes Rostwienski coram officio et actis praesentibus castrensibus Premisliensibus modo pro
vis inscripsit et in bonis suis certis assecuravit, ut vigore eiusdem inscriptionis latius
enarratur. Ratione cuiusquidem receptionis summae Centum flor. pecuniae
praedictum Joannem Rostwienski et successores eius de summa praescripta
quietat, liberumque et immunem facit perpetue. Necnon inscriptionem eandem
castrensem Premisliensem cum omnibus eius contentis in eadem expressis, cassat, mortifi
cat et in nihilum convertit, sibi et suis successoribus de praemissis omnibus per
petuum imponendo silentium. Per suam personalem recognitionem mediante
Quod memoriali firmatum est.

Rakowscsi cedunt Luthoslawski

Ad officium cui praesidebat Generosus Joannes Thomas Drohoiowski a Dro
hoiow Capitaneus Premisliensis, actaque praesentia castrensia capitanealia Premisliensia
venientes personaliter Nobiles Sebastianus, Venceslaus et Joannes Rakow
sci fratres germani filii et successores legitimi olim Nobilium Mathie
patris et Joannis patrui Rakowskiorum suo et Nobilis Stanislai Ra
kowski fratris sui germani nominibus pro cuius ratihabitione cavent et se eadem
successoribus omnibus bonis suis haereditariis obligaverunt mobilibus et immobilibus
summis pecuniarum sub vadio inscripto inscribunt et obligant. A palati
natibus, terris, districtibus, iudiciis quibusvis propriis ac foro com
petenti recedendo, huic vero praesenti castrensi Premisliensi iurisdictioni se cum succes
soribus bonisque omnibus haereditariis et obligatoriis, mobilibus et immobilibus, sum
mis pecuniarum, quo ad actum et effectum praesentis inscriptionis attinet incorporando
et iurisdictioni subiiciendo, sani mente et corpore existentes, non compulsi
nec coacti sed ultro publice palam ac per expressum recognoverunt
et quilibet ex eis seorsim recognovit, quia de omnibus inscriptionibus tam co
ram iudicio [illegible] quam coram officio praesenti castrensi capitaneali Premisliensi
Nobilibus olim Joanni patruo ac Mathie patri Rakowskiorum [illegible]

demum ac indemnes tonus quoties opus et necesse fuerit reddere sub
vadio similis summe Duorum millium et ducentorum florenorum pecunie in effectu
tinctionis et evictionis ad solvendum eidem Albertus Lutoslawski et eius successoribus irre
missibiliter succumbentes. Nec ipsimet soli cum suis successoribus per se submissas
ac subordinatas personas in dictis bonis suis summis lucris ac pluribus oneratis in
quietabunt, possumus eorum bonorum eidem Lutoslawski et posteris eius ad
ment sub simili et speciali vadio Duorum millium et ducentorum florenorum pecunie
monetae polonicae. Pro eo etiam memorati Nobiles Sebastianus Venceslaus
et Joannes Rakowski fratres germani se cum successoribus in et super omnibus bonis
suis terrestribus et obligatis mobilibus et immobilibus summisque pecuniis inscribunt
et obligant Nobilem Stanislaum Rakowski fratrem suum germanum ad acta
Premisliensia ad decursum unius anni ad approbandum ratificandum et con
firmandum in toto eandem inscriptionem inscriptorum et transfusorum similemque reco
gnitionem faciendum et recognoscendum adducere et statuere sub vadio simili
Duorum millium et ducentorum florenorum pecunie monetae polonicae. Praeterea si ac suos
successores in et super bonis suis terrestribus et obligatis mobilibus et immobilibus
inscribunt et obligant, de insolidum et quilibet ex eisdem seorsum, praesentem inscriptionem
ex actis praedictis Castri Premisliensis depromptam ad acta eadem terrestria
Premisliensia ad decursum unius anni transferre transportare, similemque
recognitionem facere et recognoscere sub simili ac speciali vadio Duo
rum millium et ducentorum florenorum pecunie monetae et numeri polonicae. Quaeque
praemissa omnia in praedicta inscriptione contenta et descripta tam in toto quam
in minima parte tenere facere complere exequi et inviolabiliter obser
vare se ac suos successores super omnibus bonis suis terrestribus et obligatis mo
bilibus et immobilibus voluntarie fecit et habent summisque pecuniis inscripti
ac non inscripti idem recognoscendum eidem Albertus Lutoslawski successoribusque
eius obligant et inscribunt sub simili et speciali vadio Duorum millium
ducentorum florenorum pecunie monetae et numeri polonicae in casum completionis
inscriptorum omnium in toto et in parte ac solvendum totum quoties necesse fue
rit eidem Lutoslawski aut eius successoribus succumbentes. Nulla praescriptione terminorum
abusu inscriptionis diuturnitate et taciturnitate in praemissis obstante. Pro
quibusquidem vadio et vadiis quacumque ex causa succubitis et succum
bentibus quoties se praedicti Sebastianus Venceslaus et Joannes Rakowski
eidem Albertus Lutoslawski successoribusque eius citare una cum suis succes
soribus praemiserint totius recedendi a pallatinatibus terrae districtibus
ac locis suis quibusvis propriis foroque competenti coram officio Castri
Castri Leopoliensis vel etiam coram officio praedicti Castri Premisliensis quorum
iurisdictioni et foro ubi ad suis posteris attracti fuerint se cum bonis suis omnibus
terrestribus et obligatis mobilibus et immobilibus summisque pecuniis vel ita
bit et habent successoribusque suis in toto quo ad respondendum inscriptionem

satisfaciendum subiicient et incorporant omni die et tempore in primo
actionis termino tanquam peremptorio stare parere rudere ac
pro vadio et vadiis seorsim et seorsim ab eodem officio ad quod vo
cabuntur non discedendum re ipsa satisfacere. Decretum et adiudicatum
pati cum suis successoribus tenebuntur. Terminum ipsum primum peremptorium
et alios subsequentes termino nulla re exquisita nec colore excogi
tato. Vera vel simplici infirmitatibus litteris et dictis quibusvis rega
libus litteris restitutis bellis colloquiis quibusvis vel particularibus sta
tutis novis vel veteribus laudatis et laudandis expeditionibus bellicis in
cursu hostium. Anna pestifera servitio qualicumque intra et extra
regnum, evocatione de tra et dicta ac legalibus impedimentis quibus
vis differendum. Interregno minorennitateque successorum se non defen
dendum. Ad quietationem mortificationemque praedictis inscriptionis ad evictionem minimam
quaevis tum actione per maiori et ad acta Castri Premisliensis dilationem
non petendum. Ad decreto seu decretis tam in accessorio quam prin
cipali negotiis latis et factis nullas motiones cum appellationibus faciendum
et interponendum, neque ad prosequendum easdem tam iudicem quam partem adcit
tandum. Poena trium marcarum et triplici poena vadium et vadia unde non
evadendum, omnibus exceptionibus evasionibus praescriptionibus fatalibus ac ge
neraliter universis dilationibus abrenunciandum et nihil sibi cum suis successori
bus in auxilium contra inscriptionem praedictam eiusque actionem contentum recipiendum sive
et suorum successorum sub commissione totius causae vel litigii vadii
et vadiorum quo vel quibus solutis utique inscriptioni praedicti totius quoties
sit necessarium praefati recognoscendum cum successoribus suis satisfacere erunt
astricti. Nulla praescriptione tota in praemissis obstante quod memoriae fir
matum est.

Worowski quietat Burzinski

Nobilis Jacobus Worowski de Pattus ofiam eum coram officio actisque pre
sentibus personaliter stans, obmisso foro quo competens publice per expres
sumque recognovit. Quia a nobili Albertus Burzinski recepit et manuali
tulit ducentos florenos pecunie monetae polonicae per eundem Burzinski ipsi Worowski
actis quibusvis inscriptis ratione cuiusquidem receptionis praedicti Albertus
Burzinski de summa eadem recepta quietat. Inscriptionem eandem in actis
quibusvis contentam cassat et obliterat perpetuo